



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

si effectus in concessione Papae, quia in ea huiusmodi
 circumstantiis subintelligitur, ut in cap. 2. extra de re-
 scriptis. Item homines, & universitas gratiose suppli-
 carunt, & scienter taceverunt de octava parte lini, & de
 sexta melior, ergo ex predictis inferitur, quod interpositio
 auctoritatis, & consensus Reverendissimi domini, su-
 per qua postea fundata fuit nova concessio, fuit nulla.
 Secundo principaliter impetratio iudicii, quam simul
 obtinuerunt dictus Reverendissimus dominus, & pra-
 ti homines, & nulla Codicem ad sanctissimum domino
 nostro, debet utriusque carere, quia fuit ipsi Papae suppli-
 cari, & narrati, qualiter dictus tunc Reverendissimus
 dominus populus concesserat praefatis hominibus dictas
 terras pro parte iure decimae, & pro parte iure quinti,
 nec non aliis qualiter ab antiquissimo tempore dicta bo-
 na sic essent concessa, & solita concedi, & per videtur
 supplicanti, & quodammodo presuppositi, quod dicti homi-
 nes, & nulla de novo habuerint illa bona eo modo co-
 cessi, nisi dicto, alias postquam tunc praepositus, innui-
 dit, & quodammodo presuppositi, quod dicti homines incepti-
 dit dicta bona habere, & conducere, quia dictio tunc
 denotat remanere temporis, ut in l. si in ff. de co-
 d. Praepositus, & de concessione ergo, & confirmatio apostoli-
 ca debet dici invalida, tanquam per subreptionem
 impetrata, quod si fuit narratum, illa bona ab antiquis-
 simo tempore fuisse solita, & consueverunt concedi a Prae-
 positus pro tempore dictis hominibus, protecto aut Pa-
 pa eo modo alterando antiquam concessionem non con-
 cessisset, aut difficillius concessisset, quam minimè sunt
 mutanda, & interpretatione diu, & semper habuere. l.
 minimè. ff. de legibus. cum simil. ¶ Tercio principaliter
 ter dictos homines facere videtur, quia in supplica-
 tione, protecta ipsi Papae narratur, quod omnes terre sunt
 concessae iure quinti, & dicendo omnes terras, infer-
 tur, quod nulla terra fuerint concessae alio iure, quam iu-
 re quinti, qui omne dicit, nihil excludit. l. iulianus.
 ff. de leg. cum simil. sed hoc est penitus falsum, quia
 dicta terra pro parte fuerant concessae iure calalis, pro
 parte iure decimae, & pro parte iure quinti, ut constat
 ex concessionibus antiquis factis, ergo rescriptum a
 Papa obtemperum per dictos Reverendissimos & homines tan-
 quam subreptionem utriusque cadere debet. ¶ Quarto co-
 cessione non facta dictis hominibus iurte promi-
 ssionis apostolice concessae in evidentem utilitatem, &
 deinde invalida, quia in illa non fuit servata forma
 constitutionis extrauagantis Pauli II. quae formam Pa-
 pa voluit observari in casu nostro fore ad unguem obser-
 vandam, quod patet expressè ex verbis appositis in di-
 cta concessionem apostolica, nec non ex registro, & ex-
 tensione dictae extrauagantis Pauli in dicta provisio-
 ne, & concessionem apostolica adiectis: quo fit, ut actus
 postea factus, & omne, quod inde postea sequutum
 fuit, dicatur nullum fuisse, & nullius momenti, & co-
 sequenter licet sit moderno praeposito dicta bona
 ad terminos antiquarum concessionum revocare,
 quia forma rescripti non servata, omne id, quod ut
 tunc dicta, extra de rescriptis. Præterea per ex quo anti-
 quae concessionem solita fieri de dictis bonis alterata
 fuit in concessione facta per praefatum Reverendissi-
 mum dominum tam respectu novorum factorum, quam
 respectu solutis annuatim faciendae, quam prius te-
 rum fuit de soluendo tantum decimam, & conven-
 ientiam concessio dicitur penitus nova concessio,
 non autem simplex renovatio, ut colligitur ex ijs, quae
 voluit sol. in c. imperiali. §. in super. de prohib. feud.
 aliena per Frederic. & in c. 1. an agna. vel filius. in l. 1. r. 2.
 Alex. in l. mibi, & titio. in antepen. col. ff. de verbo.

8 oblig. ex quo inferunt, quod huiusmodi ultima concessio
 tanquam nova, & diversa concessio a primis concessio-
 nibus debuit fieri servata forma a iure requisita, &
 in casibus a iure tantum permixtis, hoc est ex causa iusta,
 & legitima, alias non valuit, ut habetur in c. ut super.
 de rebus eccles. non alien. c. 2. ubi ibi not. per glo. & do-
 ct. extra de feudis. ¶ Quinto, si nova concessio facta
 dictis hominibus facta fuit sub certis conditionibus,
 & pactis, & inter alia, quod homines dictae villae (& ita p-
 miserunt, & cum hac qualitate supplicatum fuit tam pra-
 ro Reverendissimo Cardinali, quam ipsi Papae) teneretur
 infra quinquennium a die concessionis dinumerandum
 dicta omnia bona, quae alias erant ipsis concessa iure
 quinti, reducere ad culturam, & in illis facere fossas, ar-
 bores, & vites in illis plantare, & alia facere, de quibus
 in dictis concessionibus noviter factis habetur, quod mi-
 nimè per dictos homines fuerit adimpleta, seu infra
 dictum quinquennium observata, quinimmo nec infra de-
 cimum, ergo ex hoc capite licitum videtur moderno Prae-
 positum a conventis, & concessione noviter facta rece-
 dere, et si a principio illa de iure valuisse, per l. cum
 proponas. C. de pac. l. si quis maior. de transactio. & c.
 querelam. de iureiuran. ¶ Sexto, si haec concessio no-
 va, per quam fuit antiqua concessio alterata, sapit alie-
 nationem, & diminutionem iurium dictae praepositurae Po-
 positanae argumento l. si. C. de reb. alien. non alienan.
 & c. nulli. de reb. eccles. non alien. ergo debet dici nul-
 la, quamvis in ea et intervenisset forma, omnisque so-
 lenitas a iure tantum antiquo, quam novo introducta, quia non
 sufficit servare formam, & solennitatem, nisi et concessio,
 seu alienatio de rebus ecclesiae in casu licito, & ex cau-
 sa iusta a iure permixta facta fuisset, ut vel ob res alie-
 num, vel propter piam causam, vel in evidentem utilita-
 tem ecclesiae, ad tradita per glo. summam. 1. 2. q. 2. c. sine
 exceptione. eadem causam. & q. Abb. & doct. in d. c. nul-
 li. & in d. c. ut super. in si. ac et in c. 1. post gl. ibi, & ego,
 ubique solitus sum dicere. extra de rescriptis. in integ. &
 quavis aliqui, ut glo. in d. c. sine exceptione. & in c. ec-
 clesia S. Mariae. de constitutionibus. Primum voluerint,
 tamen prima opinio est verior, & communior. Sed in casu
 nostro non apparet, dictam concessionem fuisse factam ob
 aliquam iustam, & necessariam causam, nec in evidentem uti-
 litatem praepositurae, immo in evidens illius damnum, ergo
 non debet dici nulla. Et si Praepositus modernus, et si
 ipse fuisset ille, qui sic concessisset, & iurasset nunquam
 divenire, dicta bona vendicare, & revocare, ac illa ad
 naturam primariam, & ad ius ipsius ecclesiae reduce-
 re potest. c. ad nostram. c. ad audientiam. c. si quis presby-
 terorum. de rebus eccles. non alienan. & ibi glo. c. non
 liceat Papae. 1. 2. q. 2. Abb. & alij in c. 1. de iureiuran. &
 in d. c. 1. de in integ. rescriptis. ibique late dixi. ¶ Septimo
 si haec ultima concessio, quae facta fuit cum pacto, ut
 deberet ad culturam reduci, & sic ex causa, quae forte
 de iure censetur legitima, quavis possit dici in se vali-
 da, quia facta fuit ex causa iusta. c. ad aures. de rebus ec-
 cle. non alienan. Item quia facta fuit servatis servandis,
 videlicet de rebus solitis concedi, & cum licentia, &
 auctoritate Papae, & praefati, iuxta not. per gl. & ibi doct.
 in d. c. 2. extra de feudis. & per Imol. & alios in c. 2. & in
 c. cum nos. de ijs, quae sunt a praefato. & c. tamen ex quo
 facta fuit cum enormi, quinimmo enormissimo da-
 no ecclesiae, debet posse rescindi per remedium restitu-
 tionis in integrum etiam per eundem met praefatum, qui co-
 cessisset, ut voluit glo. Abb. & alij in c. 1. de in integ.
 rescriptis. & in c. ad audientiam. de reb. eccle. non alienan.
 glo. in c. 1. de in integ. rescriptis. lib. 6. de enormissima autem
 laesione evidenter constat, quam prius solvebatur quin-
 ta pars fructuum. Virtute autem ultimae concessionis solvi
 deberet solum decima, & sic laesio esset ultra sextam,
 13 partem, & ultra tertiam, quae laesio ultra sextam sequi-
 dum

in fine. authen. hoc. C. de sacrosanctis ecclesijs. §. hoc
ius. 10. questio. secunda. iuncta glos. in uer. plus, quæ
intelligit de pluri respectu precij, quod precium di-
citur in quantitate, & non in quotta consistere. §. pre-
cium. Infti. de emptio. & uendi. l. hæc uenditio. §. pe-
nultimo. in fin. ff. eo. tit. & prædicta iudicio meo pro-
bantur in terminis in c. ad aures. de rebus ecclcs. non
alienand. ubi ecclesia, quæ habebat rē sterilem, seu syluo-
sam, & ex qua omnes fructus, qui ex ea colligebantur,
ipsa ecclesia percipiebat, potest illam sub annuo censu
alteri perpetuo concedere ad meliorandū, & culturā
reducendum, talisque concessio tanquam utilis ec-
clesiæ ualeat, ut etiam ad hæredes extraneos transire
possit, ut ibi iure hæreditario &c. & quamuis in termi-
nis illius textus concessio facta sub certo censu, qui
sit minor, quàm sint omnes fructus ipsius rei, non di-
catur continere maiorem quotam fructuum, conti-
nere tamen dicitur maiorem quantitatem, alioquin
non ualisset, & sic ibi uidetur casus nostri casus de-
cisiuus. ¶ Nō obstant ea, quæ primo loco pro alia opi-
nionē adducta fuerunt, ex quorum resolutione cla-
rius de veritate conclusionis traditæ ad fauorem cō-
munitatis, & hominum codegorij constabit. Et in pri-
mis, dum dicebatur, quod per ipsos homines non
fuit expressum Reuerendissimo domino Cardinali,
à quo literas patentes receperunt, quod ultra quin-
tam fructuum soluere tenebantur octauam partē li-
ni, & sextum sextarium melicæ, & ideo hæc literæ pa-
tentes gratiosè impetratæ debent dici in totum nul-
læ, quamuis subreptio non fuerit causa totius gratiæ,
& concessionis per ea, quæ habentur in dicto cap. se-
des. in cap. cæterum. & c. ad audientiam, il 2. de re-
scrip. & cap. 1. & 2. de filiis presbyter. in 6. responde-
tur primo, quod licet dicti homines gratiosè ex qua-
dam humilitate petierint, tamen concessio ipsa non
fuit gratiosa, nec gratiosè ex quadam liberalitate da-
ta, sed potius fuit concessio de iustitia, quia fundata
fuit in causa iusta, & legitima, ac facta cum causæ co-
gnitione, & solemnitatibus iuris seruatis ex commis-
sione apostolica, ut dictum fuit. Ergo si licet sit pro
aliqua parte subreptitia, tamen ualeat in se in forma
iuris cōmunis, ut in capitulo super literis. & ibi Abb.
ubi ultra alios plenè discussi. extra de rescrip. Præte-
rea, & secundo si huiusmodi taciturnitas lini, & me-
licæ non est talis, quæ expressa fecisset concedentem,
uel in totum non concessisset, uel difficiliter concess-
isset, immò illum ad facilius concedendum induxisset,
quo casu taciturnitas non uitiatur, nec reddit concessio-
nem subreptitiam, ut notabiliter uolunt scri-
bentes, & præcipuè Abbas in dicto cap. super literis.
in tertia columna, in questione de thesauraria. & do-
mini de Rota in decisione 361. in antiquis dicunt,
quod si impetrans beneficium dicat illud curatum,
cum sit simplex, uel requirere residentiam, cum
hoc non sit, impetratio ualeat, quia si fuisset ueritas
expressa, facilius Papa concessisset. Sed ex quo in
casu nostro fuit expressum, quod soluebatur quin-
ta pars, & Papa, ac Reuerendissimus dominus
concesserunt, idem & magis sub decima concessif-
sent, si fuisset expressum, quod octaua pars lini,
& sextum sextarium melicæ soluerentur, nam hæc
sunt magis proxima decimæ, quàm sit quinta pars.
Et per has duas considerationes tolluntur omnia,
quæ in dicto primo fundamento adducebantur. Et
dum dicebatur, quod concessio, & impetratio de-
bet dici nulla, quia non fuit expressa illa clausula,
si preces ueritate nitantur, per l. finalē. C. de di-
uersis rescriptis. respondetur si illud procedere de
iure ciuili, & in terris Imperij, ut ibi habetur, se-
cus de iure canonico, quia illa clausula, etiam si

in fine. authen. hoc. C. de sacrosanctis ecclesijs. §. hoc
ius. 10. questio. secunda. iuncta glos. in uer. plus, quæ
intelligit de pluri respectu precij, quod precium di-
citur in quantitate, & non in quotta consistere. §. pre-
cium. Infti. de emptio. & uendi. l. hæc uenditio. §. pe-
nultimo. in fin. ff. eo. tit. & prædicta iudicio meo pro-
bantur in terminis in c. ad aures. de rebus ecclcs. non
alienand. ubi ecclesia, quæ habebat rē sterilem, seu syluo-
sam, & ex qua omnes fructus, qui ex ea colligebantur,
ipsa ecclesia percipiebat, potest illam sub annuo censu
alteri perpetuo concedere ad meliorandū, & culturā
reducendum, talisque concessio tanquam utilis ec-
clesiæ ualeat, ut etiam ad hæredes extraneos transire
possit, ut ibi iure hæreditario &c. & quamuis in termi-
nis illius textus concessio facta sub certo censu, qui
sit minor, quàm sint omnes fructus ipsius rei, non di-
catur continere maiorem quotam fructuum, conti-
nere tamen dicitur maiorem quantitatem, alioquin
non ualisset, & sic ibi uidetur casus nostri casus de-
cisiuus. ¶ Nō obstant ea, quæ primo loco pro alia opi-
nionē adducta fuerunt, ex quorum resolutione cla-
rius de veritate conclusionis traditæ ad fauorem cō-
munitatis, & hominum codegorij constabit. Et in pri-
mis, dum dicebatur, quod per ipsos homines non
fuit expressum Reuerendissimo domino Cardinali,
à quo literas patentes receperunt, quod ultra quin-
tam fructuum soluere tenebantur octauam partē li-
ni, & sextum sextarium melicæ, & ideo hæc literæ pa-
tentes gratiosè impetratæ debent dici in totum nul-
læ, quamuis subreptio non fuerit causa totius gratiæ,
& concessionis per ea, quæ habentur in dicto cap. se-
des. in cap. cæterum. & c. ad audientiam, il 2. de re-
scrip. & cap. 1. & 2. de filiis presbyter. in 6. responde-
tur primo, quod licet dicti homines gratiosè ex qua-
dam humilitate petierint, tamen concessio ipsa non
fuit gratiosa, nec gratiosè ex quadam liberalitate da-
ta, sed potius fuit concessio de iustitia, quia fundata
fuit in causa iusta, & legitima, ac facta cum causæ co-
gnitione, & solemnitatibus iuris seruatis ex commis-
sione apostolica, ut dictum fuit. Ergo si licet sit pro
aliqua parte subreptitia, tamen ualeat in se in forma
iuris cōmunis, ut in capitulo super literis. & ibi Abb.
ubi ultra alios plenè discussi. extra de rescrip. Præte-
rea, & secundo si huiusmodi taciturnitas lini, & me-
licæ non est talis, quæ expressa fecisset concedentem,
uel in totum non concessisset, uel difficiliter concess-
isset, immò illum ad facilius concedendum induxisset,
quo casu taciturnitas non uitiatur, nec reddit concessio-
nem subreptitiam, ut notabiliter uolunt scri-
bentes, & præcipuè Abbas in dicto cap. super literis.
in tertia columna, in questione de thesauraria. & do-
mini de Rota in decisione 361. in antiquis dicunt,
quod si impetrans beneficium dicat illud curatum,
cum sit simplex, uel requirere residentiam, cum
hoc non sit, impetratio ualeat, quia si fuisset ueritas
expressa, facilius Papa concessisset. Sed ex quo in
casu nostro fuit expressum, quod soluebatur quin-
ta pars, & Papa, ac Reuerendissimus dominus
concesserunt, idem & magis sub decima concessif-
sent, si fuisset expressum, quod octaua pars lini,
& sextum sextarium melicæ soluerentur, nam hæc
sunt magis proxima decimæ, quàm sit quinta pars.
Et per has duas considerationes tolluntur omnia,
quæ in dicto primo fundamento adducebantur. Et
dum dicebatur, quod concessio, & impetratio de-
bet dici nulla, quia non fuit expressa illa clausula,
si preces ueritate nitantur, per l. finalē. C. de di-
uersis rescriptis. respondetur si illud procedere de
iure ciuili, & in terris Imperij, ut ibi habetur, se-
cus de iure canonico, quia illa clausula, etiam si

non exprimat, subintelligitur capitu. 2. de scriptis. Præterea sumus in concessione, seu dispositione papali, in qua illud non procedit dicto capitu. 2. ¶ Non obstat secundum principale, quod non fuit narratum Papæ, qualiter ab antiquissimo tempore, & iam diu dicta bona fuerint concessa, & solita concedi dictis hominibus sub iure quinti, sed potius illa de nouo habuerint, dicendo, & exponendo per hæc uerba, aliàs postquam tunc præpositus &c. quo fit, ut concessio dicatur subreptitia. argumento cap. cum dilectus. de consuetudin. & l. minimè. C. de legibus. quia respondetur, quod per illa uerba aliàs postquam tunc præpositus &c. non inferitur, quod uoluerint ipsi homines dicere, quod de nouo per tunc præpositum &c. sed ea uerba tunc præpositus habent relationem ad illum præpositum, qui iure quinti concessit, quamuis hoc fuerit iam diu factum, ¶ nam dictio tunc denotat extremitatem illius temporis, ad quod ea refertur, ut in l. si bis. in fin. ff. de conditio. & demonstratio. ibique Bartolus, & alij. ¶ Non obstat tertium principale, dum dicebatur, quod omnes terræ erant de iure quinti, quod tamen falsum esset, cum aliæ essent concessæ iure Casalís, pro quibus nihil soluebatur, & aliquæ iure decimæ, ergo concessio tanquam subreptitia fuit nulla. Quia responderi potest, primo hoc fundamentum esse falsum, quoniam non solum dictum fuit, quod iure quinti, sed etiam iure Casalís, & iure decimæ, ut in literis patentibus Reuerendissimi domini, & in literis apostolicis apparet. Et dicitur, quod omnes terræ iure quinti &c. hoc non fuit simpliciter dictum, sed restrictiue, restringendo se ad omnes illas terras, quæ iure quinti fuerant concessæ, & consequenter illa uerba non inferunt, quod omnes terræ fuissent concessæ iure quinti, quoniam aliquæ aliter fuerant concessæ, sicut in simili habetur. in l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catho. & in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. ibi omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur &c. nam hæc uerba non innuunt, quod omnes populi indistinctè regantur legibus, & moribus, ut ibi notatur, sed uoluerunt illa iura restrictiue loqui. Potest secundo responderi, quod & si uerum sit narratum simpliciter fuisse, omnes terras fuisse de iure quinti, nec dictum esse, quod aliquæ essent concessæ iure Casalís, & aliquæ iure decimæ, propter hoc tamen concessio, seu litera non debent dici ita subreptitiæ, quod uitiuntur, quoniam si expressum fuisset, quod aliquæ iure Casalís, & aliquæ iure decimæ concessæ forent, facilius Papa concessisset, seu permisisset, quod illæ, quæ iure quinti concessæ erant, possent, stante causa legitima, iure decimæ concedi, quia in habentibus symbolum facilius est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uendicatio. capitu. quod in dubiis. de consecratione eccles. uel altar. & ut supra dictum fuit, quando illud est tacitum, quod, si fuisset expressum, concedens facilius concessisset, tunc illa taciturnitas non nocet, ut per Abbatem in dicto cap. ex literis. ¶ Non obstat quartum principale fundamentum, quod ex quo huiusmodi concessio posterior dicitur esse non concessio, in ea debuit seruari forma, & solemnitas iuris communis, necnon illa, de qua in extrauaganti Pauli secundi, quam Clemens Papa in suis literis in casu nostro uoluit seruandam esse, quæ forma cum seruata non fuerint, concessio fuit nulla, & reuocari potest, quatenus de facto processit. argumento l. iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibendum. capitu. accedens. il. i. ut lite non contestata. d. capitu. sine exceptione. & habetur in dicto cap. super. & in dicto capitu. nulli. quia ex dictis in primo fundamento ad fauorem hominum, & com-

munitatis Codegorii facto colligitur, demonstratum fuit omnia de iure seruata fuisse. ¶ Non obstat quintum argumentum dicti homines non possunt dicta bona iure decimæ, sed iure quinti, ex conuentione, & dominum Præpositum facta, qua inueniuntur, quod dicti homines infra annos quatuordecim meliorare, & ad culturam redire bona, & ab aquis defendere omnibus pensis, alioquin tenerentur, ut prius tenebant iure quinti, & non decimæ. ¶ Et dicta bona infra quinquennium non fuerint uentionem meliorata, nec ad perfectam redacta, nec ab aquis defensata, sequitur illa bona habere iure quinti, & non decimæ, si dicta bona perfecte non fuerint meliorata cultura, seu ab aquis defensata, prouenit culpa, & defectu, seu ex mora præpositi, qui à prima die quinquennij citra se studuerunt, omnemque operam exhibuerunt, & expensis, ut ea ad perfectam redirent, & ad qualitatem, ac conditionem tam reducerentur, sed hoc euenit ex aduersa cui homines prædicti resistere non potuerunt, licet ex maximis aquarum inundationibus, rante isto quinquennio impediuerint ipsi, ne perfecte adimplerent id, quod promiserunt: adimpleuerunt enim, quoad potuerunt, maiori parte, & pro qua potuerunt, dicta bona rauerunt, arando, aggeres faciendo, &c. & alia ipsis possibilia operando, quæ sent omnes diligentes homines: quoniam si diu sint à culpa, negligentia, & mora, penuria perfecta adimpleuissent, quoniam tamen iustumque impedimentum excusatur à mora, & etiam periurij, & conuentionali, ut ab omnibus communiter doctores per illum textum, quod dicitur contra uentionem ex libero arbitrio, & tate procedentem. in l. si quis maior. C. de rebus. Et si iuramentum habet in se hanc clausulam, ligatur rebus sic stantibus, ut est glossa in cap. admodum. & ibi doctores, de iuramento. l. amplius non peti. ff. rem ratam habere. l. si quis. C. de non numerata pecunia. Præterea si multis cultas æquiparatur impossibilitati ad effectum excusetur, si conuenta non adimpleuit. l. cum quis. ff. de uerborum oblig. & ibi doctores. & habetur in l. 2. §. ex quo. eod. tit. de causa, seu iustum impedimentum excusatur a negligentia. glossa in l. quod te. & ibi scriptum. l. unum. ff. si certum petatur. & multa expositum Roman. in rubric. de arbitrio. l. unum. cum duabus sequentibus. d. l. quod te. l. xan. in 4. notabili. l. si quis inficiatus. ff. de regulis iuris. qui in alterius. cum ibi notatis. ff. de regulis iuris. melius, quam alibi, tangitur per Bartolum. l. d. post alios in dicta l. quod te. in glossa tua. & habetur per Abbatem, dominum d. 37 & Ioannem de Imola in cap. breui. de rebus. inter alia cōcludunt doctores omnes non potest, quod in obligationibus facti, prout nos habemus, & iustum impedimentum excusatur, & à poena, quam quis ratione moræ, & negligentie incurreret, etiam si iuramentum interuenisset, cum ibi nota. in dicto cap. breui. & in l. 1. ter. ff. de collatio. bono. ¶ Quid autem sit, quæ quantitas est in obligatione, maior, & legiti-

disputatio tamē Barto. quē post plures sequitur
 Alciadem uoluit esse, stante ergo difficultate in casu
 nostro magnas aquarū inundationes, quā fuerūt
 quicquid quēntio, dicti hoīes insē dicuntur excu-
 sati quā inundationes aquarū iustū causant impe-
 duntur ut in l. si ager. & ibi Barto. ff. quibus modis
 vīstruū amittatur. hī per legistās in l. i. C. de iur.
 empht. & plenius per Abb. in c. potuit in ult. col. de
 loca in finalibus uerbis. & ibi Ioan. de Imo. in 2. l. col.
 Alex. in consil. 1. 12. in 1. uoluit. l. si in uenditione. §. si. ff.
 de per. & commo. rei uend. l. interdū. §. quod ex nau-
 fragio. & ibi Bart. & alij. ff. de acquir. possessio.
 Non obstat textum argumētum, quod non sufficit ser-
 uare formā in alienatione rei ecclesiā, nisi etiā fiat ex
 causa iusta, & legitima, uel in euidētē utilitatē ec-
 clesiā. de cū exceptione. cum similib. quia primo
 respōdetur, quod in casu nostro facta fuit etiā ex causa iu-
 sta, & legitima expressa in literis, & in instrumētō cō-
 cessionis uidelicet propter euidētē maiore utilitatē
 ecclesiā. Et quamuis fortē illa causa expressa uera in
 se non sit, si non fuerit, tamen propter hoc concessio
 non dicitur nulla, ut concludunt doctores cō-
 munitē in dicto c. nulli. & ita saluari potest glo. in di-
 cta summa in finalib. uerbis. & in dicto cap. sine excep-
 tione. 12. q. 2. & facit id, quod habetur in cap. 1. extra
 de appellatō. & in c. 1. & in cap. non solum, in fine, de
 appellatō. ubi ante diffinitiuam sententiam ab inter-
 dicto quōtā appellari non potest, nisi appelletur ex
 pressa causa iusta, & legitima: sufficit tamen expressio
 causae legitime ad hoc, ut appellatio ualeat, quamuis
 causa in uera non sit, capit. ut debitus, cum alijs iuri-
 bus praelegatis, cod. tit. Secundo respondeo, quod in ca-
 su nostro non solum fuit expressa legitima causa, sed
 etiā illa fuit in se uera, quoniam uerē facta fuit con-
 cessione in euidētē, & meliorem ecclesiā utilitatē, ut
 supra ostēdēt. ¶ Non obstat penultimū fundamētū
 tam, dum dicebatur, quod in casu nostro salte aduersus
 eadem nouā cōcessionē ecclesiā debet restitui in integ-
 rum propter euidētē ipsius lēsonē, cum prius sibi
 solueretur quinta, nunc uerō per hanc cōcessionem
 soluitur decima. Nam respōdetur ex ijs, quae supra di-
 cta sunt, quod ex huiusmodi noua cōcessionē ecclesiā
 non fuit lēsa, nec in aliquo decepta, immo eius condi-
 tio fuit redita melior in quantitate, nam & si decima
 dicebatur minor in quōta, potest tamē esse maior
 in gēte, & hoc ultimum debet esse in cōsideratione,
 quāter facta hoc possit esse, & sit etiā in casu nostro, su-
 pra declarati fuit, & ideo nō est etiā danda restitutio
 in integrum. d. c. cum ibi not. de restit. in integrum.
 ¶ Vltimo non obstat id, quod postremo loco diceba-
 tur, quod plus offerenti danda est res ecclesiā. d. c. ad
 aures, & hoc ius porrectum cum similibus. quia
 hoc est peritum, quando plus offerretur tēpore, quo
 fieret alienatio, secus si post factā alienationē rei ec-
 clesiā ex iusta causa, & seruata forma alius ueniret, &
 plus offerret, nam huiusmodi oblatio nō esset in con-
 siderationē, cū a principio ualuisse alienatio, ut est de
 mente glo. in uerbo tunc in dicto cap. ad aures. argu-
 mēto c. electi. de emptio. & uēdit. & c. dudum. il. pri-
 mo, de electi. Præterea illa forma, quod plus offerenti de-
 betur ecclesiā, fuit introducta à iure ciuili. d. authen.
 hoc ius. C. de sacrosan. eccle. quod ius per Gratianū
 incorporatum fuit sub 10. q. 2. in §. hoc ius. Sed tamē
 ob hoc non censetur prouisio canonica, quia Gratia-
 nus non habuit auctoritatem condendi canones, &
 faciendi, quod iura ciuilia sint iura canonica, ad tradi-
 dem in cap. de re scriptis. Et quamuis illa forma ef-
 ferat multum utilis ecclesijs, ut in dictis iuribus, & de se
 patet, tamē ea non est seruanda in alienationibus rei

ecclesijs, sed solum illa iuris canonici, de qua in d. c.
 sine exceptione, & in d. c. tua nuper, ita uolunt, & con-
 cludunt Ioan. And. do. Anto. & Abb. in dicto cap. nul-
 li, & not. in c. 1. de rebus ecclesijs non alienan. in 6. Ex
 prædictis ergo omnibus manifestē constat, concessio
 nem posteriorem factam dictae communitati de iure
 ualidam esse, & seruandam fore, non obstantibus ijs,
 quae in contrarium adducuntur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Concessio in emphyteosim de re ecclesijs facta sine iusta causa, & sine decreto, uel cum decreto ex falsa causa interposito, est ipso iure nulla, dominium utile in emphyteosim transferre non potest.
- 2 Ex contractu nullo possessio quidē, sed non dominium trās fertur.
- 3 Decretum interpositum à iudice delegato, non seruata forma commissionis, est nullum.
- 4 Relatio à duobus ex tribus assumptis facta non citato tertio, uel eo non praesente, est ipso iure nulla, nec tunc maiori parti est standum.
 Et in quibus, & quomodo hoc procedat, nu. 18.
- 5 Alienatione rei ecclesijs facta non seruata forma constitutionis Pauli Veneti secundi, is, qui rem sic habuit, ad illam liberē vna cum fructibus, & melioramentis ecclesijs restituendam est condemnandus.
 Et quando hoc uerum sit, num. 34.
- 6 Liberē restituere quid importet.
- 7 Notarij scripturae ad hoc, ut de actis coram iudice factis credatur, quid requiruntur.
- 8 Notarius de commissione sibi facta, aut de electione sui ipsius rogatus esse non potest, nec illi creditur.
 Contra de stylo, ac etiam in ijs, quae sunt de iurisdictione voluntaria, nu. 37. & 38.
- 9 Relatio ab assumptis, seu peritis facta potest ex dictis aliorum peritorum reuocari, & reprobari.
 Et quid ad hoc requiratur num. 28.
- 10 Testibus maiorem auctoritatem habentibus, ditionibus, & nobilioribus in dubio est standum.
 Quod limitatur num. 39.
- 11 Ecclesijs aduersus concessionem in emphyteosim factam ob enormem, & magnam ipsius lēsonem debet in integrum restitui.
- 12 Restitutionis in integrum aduersus concessionem, siue alienationē rei ecclesijs petendo tempus futuro prelato, & successori quando currere incipiat.
- 13 Ecclesijs res in quibusdam casibus à iure specificatis, & inter alios ob euidētem ecclesijs utilitatē cum solemnitate à iure requisita potest alienari.
- 14 Ecclesijs res steriles, & minus utiles potest in emphyteosim etiam perpetuam, ut ad heredes quoque extraneos transcat, ad meliorandum cum solemnitate tamen à iure requisita concedi.
- 15 Et ea ad culturam redacta, & fertilis effecta opera, & impensa emphyteotae non potest per prelatus auferrī, nec pensio augeri, nec aliud onus ipsi emphyteotae imponi.
- 16 Ecclesijs res concedi solita in emphyteosim absque alia solemnitate de nouo à prelato rectē alteri concedi potest.
- 17 Et solita concedi dicitur, quando semel sic fuisse concessa.
- 18 Duorum ex tribus electis actus factus, absente tertio, & non citato, quando ualeat, & quando non.
- 19 Testium maioris partis dicto statum, quando plures ad aliquid probandum fuerint assumpti, etiam si alij non fuerint vocati, uel non deposuerint.
- 20 Testes secreti, & separatim ab alijs, & à partibus sunt examinandi.
- 21 Assumpti à iudicibus pro eorum informatione sunt ad instar testium, & non iudicum.
 Neque arbitrorum, num. 23.
- 22 Delegatus inferioris non potest alios subdelegare.
- 23 Arbitri quicunque, de consensu ambarum partium eliguntur.
- 24 Solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis etiam decem annorum praesumitur.